Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut exhibeatis corpora vra hostia viuentē sanctam
placentē rationabile obsequium vrm. Et nolite con
formari huic seculo: sed reformamini in nouitate
sensus vri: ut probetis quē sit voluntas dei bona
bene placens et perfecta. Dico enim per gratam que
data est mihi omnibus qui sunt inter vos non
plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem
et vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei
Sicut enim in vno corpore multa membra habemus
Omnia autē membra non eundem actum habent:
Ita multi vnum corpus sumus in xpo singuli
autē alter alterius membra. In xpo ihu dno nro
Benedictus dns deus israel qui facit mirabilia magna solus Gra
ale. Hilaria Exsultent montes pacem populo tuo et colles iustitiam
Alla Iubilate deo omnis terra seruite dno in letitia Sedm
Quum factus esset ihus annorum duodecim Lucam
cum ascendentibus illis in hierusalem secundum consue
tudinem diei festi consumatisque diebus cum redirent
remansit puer ihus hierusalem: et non cognouerunt
parentes eius. Existimantes autē illum esse in
comitatu venerunt iter diei vnum et requirebant
eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes
regressi sunt in hierusalem requirentes eum. Et factum
est post triduum inuenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem
eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant
super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati
sunt. Et dixit mater eius ad illum: fili quid fecisti
nobis sic. Ecce pater tuus et ego dolentes quere
bamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me